

*Johannis Ep. Misnens. Translationis Juris
 presentandi in Capitulo Budis.
 Venitui Gorlic: facta 1516.* 225

Johannes Dei & apostolica sedis gratia Somo
 & in genio Misn ecclesie Episcopus. Ad perpetuam
 rei memoriam & quia venerabiles Nobis delecti
 Decanus Senior & totum Capitulum nostrae colle-
 giatae ecclesiae Sancti Petri in Budissin jus
 Patronatus sive presentandi quod eis ad Cantoni-
 am praefata ecclesiae S. Petri in Budissin
 quomodo libet compatiebatur in praesentia
 nostro magistro civium & Consulatui in
 Gorlic praesente & libere ex certis rationabilibus
 causis coram nobis expositis contulerunt ac
 eidem simpliciter cesserunt & renunciaverunt
 quod quidem jus patronatus sive presentandi
 consulatui in Gorlic nostrae dioecesis accepta-
 vit, quapropter fuit nobis pro parte capituli
 in Budissin & Consulatui in Gorlic humiliter
 ac debita cum instantia supplicatum quatenus
 ad collationem cessionem renunciationem &
 acceptationem hujusmodi Juris patronatus no-
 strum assensum & consensum prestare atque
 autoritate nostra ordinaria & dioecesana
 approbare autorizare & confirmare digna-
 remur. Nos igitur ejusmodi petitionem iustam
 & rationalem consenter collationem, cessi-
 onem & renunciationem juris patronatus